



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Sepultura

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

2 Schismaticus, vt & hæreticus, priuatur ipso iure omni potestate.

*Vide *Fum. l. c. n. 4. Syl. 16. n. 3. 4.*

Scholaris, vide Domicilium.

Scrupulus, vide Dubium.

*De scrupulosa conscientia *Azor. l. 2. c. 20.*

Secretum, vide Iudiciales actus.

1. Secretum reuelare licet, cum est in alterius iniustum damnum, aut cum nihil ex reuelatione damni est, nihilque ex occultatione utilitatis.

Vide Syl. vers. Secretum, Fum. eodem. Nau. ca. 18. num. 54.

Sepultura, vide Baptismus, Ecclesia,

Hæresis, Simonia.

1. Sepulturam sibi eligere potest quisque pubes: quod si non elegit, sepeliendus Clericus in sua Ecclesia, Peregrinus in Parochiali, vel Cathedrali, vxor cum viro, spurius cum matre non illustri, naturalis cum patre non in dignitate constituto.

*De varijs exequiarum moribus *Couar. c. vlt. de testam.*

De Sepultura *Val. t. 3. dist. 3. q. 9. p. 2. Nau. l. 3. conf. multis consilijs.*

De iure sepulchri *Mol. d. 214.*

De funere *Bellarmin. t. 2. l. 2. de purgat. cap. 19. vbi probat funeris, cercorum, hymnorum, &*

Aa 6 alio

aliorum vsum, errores quosdam refellit, explicatque utilitates, quas ex funere tum viui, tum defuncti percipiunt.

*Sepulturam *Mol. l. c. Syl. Sepultura. n. 7.*

2 Sepultura non potest impediri pretextu debiti, aut vllius obligationis: at potest ex causa negari condemnatis ad mortem.

**Mol. d. 235. col. 2. Couar. c. Raynaldus. §. 3. nu.*

2. *Mol. l. c. in fine.* imò ante æs alienum funeris impensa deducitur. *ibidem. Vide Sylu. Sepultura. nu. 12.*

3 Sepultura sacra priuati sunt Iure, nisi in morte dent signa contritionis, excommunicati; vsurarij manifesti, nisi dent præter illa signa, etiam cautionem: morientes in peccato notorio, aut in duello: interdicti Ecclesie ingressu; fautores hæreticorum, aut infidelium, nominatim interdicti. Quod si sint sepulti excommunicati denunciati, & exhumandi, & locus reconciliandus: quod si sepultus ibi infidelis, etiam parietes radendi. Nò ideo autem aliquis est exhumandus, quia à schismatico sit sepultus.

**Vide Fum. Sepultura à num. 16. Syl. eod. nu. 9.*

4 Ossa fidelis à sepultura perpetua non transferenda sine Episcopi licentia.

5 Episcopus ex causa potest in sepulchro vnius alium sepelire, eo inuito. **Syl. l. c. nu. 3.*

6 Repertus in puteo non ideo priuandus sepultura: non enim præsumitur se occidisse.

7 Ius.

7 Ius sepulturæ non datur sine Episcopi cōsensu in Ecclesijs ei subiectis.

8 Abusum quidam dicunt esse sepelire passim in Ecclesia, sed immeritò, & in hac re standum consuetudini patriæ. Olim quidem fideles in cameterio sepeliebantur, solum excellentes quidam in Ecclesia.

9 Clerici non obligati aliqui ad officium sepulturæ, possunt pro eo aliquid accipere in sustentationem. * *Vide Syl.l.c.num.2.*

10 Quartam debitam Parocho soluunt Religiosi solum de oblatis die sepulturæ.

* De quarta legatorum Ecclesiæ par. debita *Cona.c.vlt.de testam.* De quarta funeralium Episcopo, vel Parocho debita *Mol.d.215.fusc.*

11 Defuncti expensas faciunt hæredes, & vxoris nihil habentis vir, si illius pater nō potest, filij pater, serui dominus. Quod si vxor dotē habet, de illa fiet: si autem eius dotem vir habet, & alter bona, faciet vterque pro rata.

* *Syl.l.c.num.14.* Quo modo detrahenda funeris impensa. *Couar.c.Raynaldus.de testa.nu.2.* est enim detrahenda ante cōs alienum. De impensa funeris, æris alieni deductione, familiæ alimentis *Mol.d.235.*

Addit. 3. Honorificè, moderatè tamen, humana cadauera sepelire, pium est. propositio est de fide. *Bannes 2.2.q.32.art.2.Val.l.c.*

Nolle humare cadauera, cum possis sine incommodo, dū nullus alius adsit, qui id præstet,

A a 71 mor-

mortiferum scelus est. *Bannes l.c. Val. l.c. col. 3.*
 In Parasceue, licet hostia consecrari nequeat,
 possunt tamen cadauera toto tempore passio-
 nis ad sepulchrum deferri. *Maiol. de Irreg. l.*
3. c. 24.

Impuberi filio Pater, vel, eo absente, mater
 eligit sepulturam. *Mol. d. 214. col. 13.*

Servus, vide Donatio.

1. **S**ervus captus in bello etiam iusto, potest
 fugere, etiam ab eo qui se emit à captivi-
 tate, nisi promisisset non fugere.

* *Couar. Reg. peccatum p. 2. §. 11. nu. 6. Val. t. 3. d.*
3. q. 16. p. 3. col. vlt. Bannes 2. 2. q. 40. art. 1. dub. vl.
Salon 2. 2. q. 3. art. 1. de dominio pag. 116. addens
si sine vi, & dolo, Sot. l. 4. q. 1. art. 2.

Sed *Mol. d. 37.* iusto bello captum læthaliter
 peccare fugiendo ait, tenerique se domino
 restituere pro qua sententia lege *Gl. c. Ius gen-*
tium d. 1. Syl. seruitus nu. 3. Turrecr. ibid. D. Am. 3.
p. t. 3. c. 6. §. 4. Fortun. l. manumissio. ff. de iust. &
iu. Nau. c. 17. nu. 103.

Nisi promisisset? *Sot. l. c. col. 4. Bannes l. c.*
dub. penult. Salon l. c. naturali enim iure seruan-
da fides: vnde M. Attilius Reg. à D. Aug. lau-
datus l. 1. c. 16. de ciuit. ad Carthaginenses, vt
spoponderat occidendus remeavit.

Qui se ipsos vendidera aut à parentibus
 legitimè vediti fuerit, vel seruitutis pœna iustè
 damnati, non possunt licitè fugere. *Mol. Salon*
l. c. At